Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/319021

25

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

COENRADUS ANNEUS MOORREES,

Nijkerko Gelrus.

A. D. XXIV APRILIS A. MDCCCLII, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD KEMINK ET FILIUM, TYPOGR.

MDCCCLII.

THESES.

I.

Furiosus, qui damnum dedit, minime re obligatur, nec actione de pauperie tenetur.

II.

Promissio donationis causa facta inter virum et uxorem per orationem Divi Severi confirmatur.

III.

Res pupillorum et minorum etiam Jure Justinianeo usucapi possunt.

IV.

Errant qui jus XII tabularum, vel nulla ex parte, vel totum ex institutis graecis manasse censent.

V.

Ratio quare societates omnium bonorum apud nos vetitae sint, repetenda videtur ex art. 1109 et 1370 C. C.

VI.

Bonae fidei possessor impensas utiles repetere nequit.

VII.

Ad probationem adulterii non sufficit, si maritus probaverat in casu art. 307 C. C. filium suum non esse.

VIII.

Minus recte de Pinto Handl. t. h. Burg. Wetb. 1e ged. p. 81, liberos naturales eos esse dicit, quorum parentes matrimonium inter se inire possunt.

IX.

Emtor hereditatis instituere potest hereditatis petitionem.

X.

In art. 563 N. 3. C. C. adjiciendum fuisset, cervi qui sunt in sylva circumsepta, quae dicitur *hertekamp*.

XI.

Juris cambialis origo est repetenda ex Italia.

XII.

Mercator propter debita, quae mercaturam non spectant (debita civilia) decoctor a judice probandus non videtur.

XIII.

Assecuratio non est origine batava nec romana.

XIV.

Jus mercatorium minus recte dicitur constare exceptionibus a Jure communi.

XV.

In contractu cambiali inest emtio venditio.

XVI.

Cum dies literarum cambialium cadit in diem dominicum, protestatio demum die Martis fieri potest.

XVII.

Recte Beccaria, Traité des délits et des peines S. 20 "le meilleur frein du crime n'est pas la sévérité de la peine, mais la certitude d'être puni."

XVIII.

Nulla poena sancienda est in certamen singulare, quod *duellum* dicitur, rite peractum.

XIX.

Recte novus Codex Crim. Batavus poenam expositionis publicae rejecit.

XX.

Minus probanda sententia ampl. DE BOSCH KEMPER statuentis, jus civitatis amitti accepta peregrina nobilitate.